

Jacob Fabricius Franz Stypmann

**Euphmiai quibus Venerabili Doctoris SS. Theologiae Axioma, quod, potestatem concedente ... Dn. Jacobo Fabricio SS. Th. D. ... annuente ... Dn. Francisco Stypmanno, I.U.D. ... Ex Decreto Venerandi Collegii Theologici, in praedicta Universitate Vir ... Dn. Moevius Volschovius, SS. Th. D. ... d. 2. Octobr. consueto ritu solenniter contulit Viro ... Dn. Johanni Micraelio, SS. Th. Licent. ... excepérunt Musae Stralsundensis**

[Stralsund]: Mederus, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn788775391>

Druck Freier  Zugang



EΥΦΗΜΙΑΣ

quibus

Venerabili Doctoris SS. Theologiae Axioma,  
qvod, potestatem concedente

Magnificentissimo PROCANCELLARIO

Viro, Plurimum Reverendo, Clarissimo & Excellentissimo

DN. JACOBO FABRICIO SS.Th.D.

Orientalis Pomeraniae Superintendente Genera-  
li, & Pædagogij Sedinensis Professore celeberrimo,

Magnifico Rectore in almâ Universitate Gryphiswaldensi,

Viro, Clarissimo, Amplissimo & Consultissimo

DN. FRANCISCO STYPMANNO, J. U. D.

& in illustri Academiâ Gryphisv. Professore  
Ordinario.

Ex

Decreto Venerandi Collegij Theologici, in prædicta Universitate

Vir, Plurimum Reverendus, Clariss. & Excell.

DN. MOEVIOUS VOLSCHOVIUS, SS.Th.D.

& Professor in dictâ Academ. Ordinarius, Facultatis  
Theol. Senior & Decanus.

d. 2. Octobr. consueto ritu solenniter contulit

Viro Admod. Reverendo, Clarissimo & Excellentissimo

DN. JOHANNI MICRAELIO, SS.Th.Licent.

Illustris Sedinensis Pædagogij Rectori meritissimo, Phi-  
losopho Celeberrimo & SS.Theologiae designato  
Professori Regio

excepertunt

MUSÆ STRALSUNDENSES.

---

Literis MICHAELIS MEDERI,

Anno MDCXLIX.

2014 A 204

*nef. 32.  
legg.*

**D**ificilem Jacob postquam superasset ~~terram~~,  
    Illustri titulo condecoratus abit.  
Non cadit, invictis quamvis complexus ab ulnis,  
    Dictus & Israël, fulget honore novo.  
Illi sic placuit, quo cum luctatus arenā,  
    Corlica quis specie texerat arma Viri.  
Novimus, hunc Christum, qui summus in arce ~~Bogus~~ Cœlestis.  
    Condignoq; suos gaudet honore frui.  
Hic tibi Micraeli, viridi cum fronde Coronam  
    Volschovj imponit voce manuq; pij.  
Hanc tua promeruit, longo jam tempore, Virtus,  
    Quæ procul arētis cognita sæpe plagis.  
Athletam celebris te vexit fama per Orbem,  
    Quo sat Victoris clara trophæa nitent.  
Lipsenses memori conservant mente vigorem  
    Ingenij; & mores Bregela semper amat.  
Miratur turgens undis tua Dona Viadrus,  
    Gryphicus & lauro cinctus Apollo Caput.  
Excepit Libros animo gaudente politos,  
    Aonidum studiis Turba rejecta tuis.  
Discipuli passim grato te pectori laudant,  
    Qui Linguam, credunt, corda rigasse tuam:

*Discus-*

**D**octrina insignis, præclara industria dudum  
Micræli, summum promeruere decus.  
Assiduoq; tibi studio memorabile nomen  
Partum nesciri candida fama vetat.

Non tamen in titulos voluisti impellere vota:  
Nec toties meritum fervidus ardor habet.

Inlyta divinis donec Regina per orbem  
Laudibus annosas increpat usq; moras.

Ingestos igitur tandem cape dignus honores,  
Contegat & doctum splendida mitra caput.

Urgent cunctantem regalia munera: felix  
Præmia qui tanto judice tanta ferat.

Fama & eruditione præclarissimo Viro,  
amico meo honoratissimo summos  
in Theologia honores ex animo gra-  
tulatus adjiciebam

Benedictus Bahrius.

**M**icræli, Eusebii quem juvit ad edita tempora  
Ferre pedem, & sacris dudum impallescere chartis,  
Nec minus Aoniis dispungere seria Musis,  
Et duplicem alternis capitii glomerare coronam,  
Ingenij sublimis opus: non hanc tibi mentem  
Oria sualerunt, verum generoso accensus honesto,  
Intus agensq; vigor, qui te stimulavit & ursit  
Incubuisse operi, roseo seu surgat ab ortu  
Cynthius, Hesperias seu condat in undas:  
Sicut Olympiaca qui palmam affiat arena  
Non animi non artis egens, sese increpat ultro  
Pulveream irrorans nubem sudore decoro,  
Laurifera donec velentur fronde capitili.

Tali-

Talibus auspiciis instans, & naviter urgens  
Propositi cursum, cernis tuā tempora circum  
Gratantum amplexus inter plaususq; lonantum  
Excellentem hederam, & sacras jam serpere lauros.  
Non tu cruda, parum cautæ pro more juventæ,  
Præpellis studia, & nimias spes præcoce voto  
Concipis, at merita longo post tempore lauru,  
Asctoū stimulis sceptri, precibusq; faventum,  
Cingēris, evictus; sero sic surgit ab ævo  
Arbor, & occulto crescit molidine, donec  
Vertice sublimi sese diffundat in auras.  
Ardua sed ramis, solidis & viribus aucta  
Ventorum spernit furias, seculoq; nepotum  
Proficit, & gratas præbet spatiabitibus umbras.

Ergo age commeritæ jam dudum præmia palmae  
Nunc cape sis, longiq; moras solare laboris.  
Hoc titulo, sacros inter spectande triumphos.  
Macte novis fertis, & tot decoratus honorum  
Nominibus, totum Pietas & filia cœli  
Relligio sibi te relicta Pallade poscunt.  
Sat Muisis Sophiæq; datum; jam sedula sacris  
Invigilat mens sacra choris, desuetaq; mundo  
Alta salutiferi pandat mysteria verbi.

Nicolaus Brugeman.

---


**Q**uæ modò dat summus sunt mi Venerande laboris  
Jam dudum clari præmia digna tui.  
Non opus ut multis celebrem notissima mundo.  
Sincero saltēm pectore fausta precor,  
Cedat ut in propriam multam Patriæq; salutem  
Hæc mitra quam Senior porrigit Ipse Tibi.

Novis honoribus venerandi sui Du. Praeceptoris hunc  
Applausum (ut ut festinanti calamo) sacrabat  
Johannes von Essen Pom.  
•••(o)•••



Copyright 4/1999 XyMaster GmbH www.xymaster.com

VielFarbSelector Standard® - Euroskala Offset



libus auspiciis instans, & naviter urgens  
irsum, cernit tua tempora circum  
amplexus inter plaususq; tonantum  
n hederam, & facias jam serpere lauros.  
da, parum cautæ pro more juventæ,  
uidia, & nimias tipes præcoce voto  
t merita longo post tempore lauru,  
ulis sceptri, precibusq; faventum,  
victus; sero sic surgit ab ævo  
sculto crescit molimine, donec  
limi sese diffundat in auras.  
amis, solidis & viribus auctæ  
sperrnit furias, seculoq; nepotum  
gratas præbet spatiantibus umbras.  
age commeritæ jamdudum præmia palmæ  
sis, longiq; moræ solare laboris  
sacros inter spectande triumphos.  
s fertis, & tot decoratus honorum  
totum Pietas & filia cœli  
te rellesta Pallade poscunt.  
ophiæq; datum ; jam sedula sacris  
ens sacra choris, desuetaq; mundo  
ri pandat mysteria verbi.

